

# Bolletí de la Societat Arqueològica Iuliiana

PALMA.—MAIG DE 1914

## SUMARI

I. Proceso instruido en 1345 contra el Gobernador Arnaldo de Erill, su asesor Des Torrents y el Procurador Real Bernardo Morera, acusado de favorecer a los partidarios del destronado Jaime III, con otros procedimientos tocantes a la confiscación de bienes de los condenados a muerte y al destierro de los sospechosos. (Continuación. Copiado, en parte extractado por Don José M. Quadrado.

## PROCESO

INSTRUIDO EN 1345 CONTRA EL GOBERNADOR ARNALDO DE ERILL, SU ASESOR DES TORRENTS Y EL PROCURADOR REAL BERNARDO MORERA ACUSADOS DE FAVORECER Á LOS PARTIDARIOS DEL DESTRONADO JAIME III, CON OTROS PROCEDIMIENTOS TOCANTES Á LA CONFISCACIÓN DE BIENES DE LOS CONDENADOS Á MUERTE Y AL DESTIERRO DE LOS SOSPECHOSOS.

(CONTINUACIÓN)

XXXIV. Quod predicti seu aliqui ex ipsis vel eorum sequacibus in odium Jacobi Rubei qui ad has partes de partibus Rossilionis per dominum regem missus fuerat pro petendo auxilio et juvamine ab universitate Majoricarum, tratarunt quod donum seu oblatio quam universitas obtulit domino Regi de XX. millibus libris non denunciaretur regi per dictum Jacobum, sed per alios qui missi fuerunt ad regem per universitatem civitatis hujus et specialiter predicta causa.

XXXV. Quod jurati una cum dicto eorum assessore Raimundo de Capcirio fecerunt eo-

rum posse quod infringerentur et annullarentur dictis Jacobo Rubei et Guillermo Michaelis privilegia per regem eis latissime concessa.

XXXVI. Quod dicta persecucio dels Roigs et Guillelmi Michaelis et eorum amicorum fuit fortior á tempore citra quo Arnaldus de Torrentibus rexit officium assessoriae, qui quidem assessor plures verba in honesta et injuriosa dixit absque causa dicto Guillermo Michaelis, assidendo dicto olim gubernatore et presente multitudine gentium.

XXXVII. Quod Bernardus de Moraria olim procurator regius in Majoricis quantum potuit persecutus fuit dictos Roigs et Guillelmum Michaelis, et plures coram gubernatore dixit predicto Guillermo verba in honesta elata et injuriosa.

XXXVIII. Quod dictus Bernardus de Moraria tractavit omnia supradicta, videlicet quod gubernatur odio haberet predictos Roigs et Guillelmum Michaelis, et in familiares atque consiliarios eos qui persecutioni illorum pro ipsorum posse intendebant, et dedit ad intelligendum dicto olim gubernatori quod los Roigs et Guillelmus predicti misserant litteras regi ut eum expelleret de officio gubernationis, et ita fuit publice dictum.

XXXIX. Quod a tempore citra quo los Roigs et Guillelmus Michaelis fuerunt persecuti, et prosecuti favoribus ut predictur prenominati suspecti et alii eis coadherentes, fuit publica vox quod terra non erat in bono statu nec bene regebatur. Et haec sufficient de perseguendo devotos regis et amplectando suspectos.

XL. Quod per nobilem Arnaldum de Erillo in principio sui regiminis fuit in favorem reipublice ordinatum quod de omnibus causis, de quibus non haberent videri processus sed

sumarie haberent cognosci auditis partium rationibus, aliquod salarium non solveretur, et ita fuit observatum donec fuit assessor dicti nobilis Arnaldus de Torrentibus, qui hac ordinatione non obstante indiferenter extorsit et habuit salario de omnibus factis sive cognoscuntur cum vel sine scriptis, et sive haberent videri processus sive non, presente, sciente et recipiente inde tertiam partem dicto nobili gubernatore.

XLI. Quod dictus Arnaldus de Torrentibus recepit plura inmoderata salario atque etiam indebita exegit et extorsit a pluribus licet sibi contradiceretur per juratos et alias singulares personas.

XLII. Quod non obstante quadam littera concessa universitati Majoricarum per inclitum Jacobum olim regem tempore sui regiminis, per quam statuit quod locumtenentes vel eorum assessores umquam reciperent a partibus salario de causis qui ad ipsos tamquam ordinarios pertinenter, de qua littera fuit plures certificatus dictus assessor, ipse nihilominus, sciente et non prohibente gubernatore, de omnibus factis indistincte quorum cognitio ad gubernatorem tamquam ordinarium pertinebat, habuit salario et habere voluit ab invitis.

XLIII. Quod omnes franquesie et privilegia universitati Majoricarum concessa tam per inclitum olim regem quam per alios reges preteritos, per dominum regem confirmata atque jurata fuerunt, revocatis omnibus malis usibus quibus ipsis franquesiis esset aliquatenus obrogatum, de quo privilegio certi sunt dicti gubernator et ipsius assessor.

XLIV. Quod multum fuit molestum universitati Majoricarum quod dictus assessor talia salario indebita et alia etiam inmoderata reciperet et exigeret contra privilegia hujus civitatis.

XLV. Quod nobilis Arnaldus de Erillo fecit inquire absque justa et legitima causa contra Arnaldum Dorcha jurisperitum et eum amovit de officio assessorie bajuli Majoricarum in quo ipsum elegerat, et hoc propter quod ipse Dorcha in consistorio vicarii forensis patrocinabatur pro Laurentio Vallfogoni delato injuste de crimine legis Julie de vi privata et persentiam definitivam absoluto, etiamsi dictus jurisperitus in creatione sui officii habuisset licentiam a gubernatore quod preter in consistorio in quo assidebat in omnibus aliis advenire posset, quod legitimate probavit, et inde

factus processus fuit visus per regem in pleno ejus consilio et habita relatio plena, et fuit per regem provisum et scriptum dicto olim gubernatori quod ipsius processus meritis examinatis protinus restituisset dictum Arnaldum in assessorie officio memorato, sed quod talia reputabat congruentius per dictum nobilem expediti, mittendo eidem processum clausum et sigillo sui cancellarii sigillatum, certificantes eundem quod gratum adveniret regie majestati si ipsum restitueret in dicto officio etsi alicui alii jam esset provisum. Quam restitutionem a principe sibi mandatam facere noluit dictus gubernator licet plures requisitus, dicendo quod talis littera magis processerat pro danda sibi aliqua culpa quam pro honore suo; ex quibus omnibus dictus Arnaldus Dorcha sustinuit plura dampna et etiam interesse.

XLVI. Quod cum contingebat delatos de aliquibus criminibus nolle vel non posse solvere salario, tum quia non reperirentur pignora in quibus possent fieri dictorum salariorum executiones, tum quia aliquoties ad solutionem dicti salarii vigore illius privilegii se non tenerii contendebant, fuit plures mandatum tam per olim gubernatorem quam per dictum Arnaldum de Torrentibus quod incontinenti compenditarentur et in carcerem introducerentur, et etiam plures mandatum Fellucio Guillelmi subvicario sive commentariensi et custodi regii carceris civitatis quod donec solvissent salario quæ eis petebantur clauderet tales in una domo et non permitteret eos bibere vel comedere donec salario persolvissent, et hoc palam et publice plures jubebatur, et in personis aliquorum fuit ad exequationem deductum, quod in Majoricis est inauditum.

XLVII. Quod ex predictis et aliis quæ in regimine assessorie dictus Arnaldus de Torrentibus faciebat, terra fuit multiplicitate aggravata, et inde fama se extendit quod si multum hic in officio remaneret destrueret totum regnum, prout destruxit insulam Sardinie in qua fuit per aliquod tempus assessor gubernationis.

XLVIII. Quod dictus assessor contra usum solitum in Majoricis ordinavit una cum Bernardo de Moraria, quod nullus ex officialibus anni preteriti qui a multo tempore citra erant electi haberet solutionem aliquam de pensione sui officii, nisi inde a Gubernatore impetrasset litteram, pro qua ordinatum etiam fuit quod quilibet ex officialibus et scriptoribus curiarum deberet solvere sex denarios pro libra, et ita

fuerunt indebite exacti a quolibet ex ipsis sex denarii pro libra pensionis quam quisque recipiebat.

**XLIX.** Quod Bernardus de Moraria accepit quasi totam pecuniam quæ solita erat converti in solutione salariorum et scriptorum predictorum, et inde officiales anni preteriti non potuerunt habere completam solutionem de pensionibus quas recipere sunt assueti.

**L.** Quod dictus Bernardus est persona quæ multum elate et crudeliter respondit gentibus, et plures vituperavit exercendo officium procurationis regiæ, et etiam reputatur communiter in Majoricis insufficiens ad regendum predictam procurationem.

**LI.** Quod dictus Bernardus habens a rege mandatum litteratorium quod ministraretur solita provisio quam in thesauraria recipere erant soliti en Salate en Borna, noluit id facere, quapropter predicti duo qui numquam assueti erant querere eleemosinas perierunt penuria et fame, quia nihil lucrari poterant cum essent senes, de quorum morte fuit causa dictus Bernardus de Moraria.

**LII.** Quod olim gubernator loquendo cum Guillelmo Sunyerii de Felanigio dixit eidem irate: «Vosaltres de fora tots sots avols e falsos e traydors.»

**LIII.** Quod cum vicarius vel bajulus civitatis non poterant secundum justitiam procedere nec expedire negotia, et gubernatori, qui de mora in expediendo querebatur eis, respondebant quod pars aliqua protestabatur eis et timebant ne convenienter tempore reddende rationis in officio, ipse gubernator dicebat eis: «no que jo us hi trobaré manera que jo us manaré que ho fassats qui no he a tenir taula e puys serets ne escusats per lo meu manament, e vajan me penyorar a Pallars.»

**LIV.** Quod dictus olim gubernator in vigilia Natalis Domini proxime preterita fecit intrare civitatem Majoricarum plures personas militares litteris per eum missis quod interessent in electione juratorum quæ dicta die solita est fieri, et hoc fecit indebite et contra morem solitum insulæ Majoricarum.

**LV.** Quod plures mercatores et ministrales prudentes et bone persone ac devoti domini regis fuerunt expulti de consilio ad ejus mandatum quod non interessent in consilio pro electione juratorum congregato, et fuerunt additi loco predictorum aliqui indevoti et suspecti et qui non fuerant assueti interesse in

consiliis, quorum ejectorum consilium secundum communem vulgi opinionem sanius est consilio superadditorum.

### Hi infrascripti fuerunt ejecti

Petrus Raimundi de Fontanis	Nicholaus Sanglada
Bartolomeus de Brullio	Bernardus Vives
Jacobus Nagera	Berengarius S' Oltzina
Guillelmus Mironi	Marcus de Sancta Cruce
Johannes Nagera	Berengarius Selma
Nicholaus Botar	Berengarius Sunyerii
Paschalis Sanglada	Et plures alii quorum nomina non occurunt

### Additi loco predictorum fuerunt sequentes

Johannes de Sancto Johanne	Andreas de Sancto Justo
Geraldus de Adarrone	Jacobus Serra
Berengarius de Sancto Johanne	Guillelmus Serra ejus frater
Gregorius Sellembé	Paulinus Brondo
Franciscus Sa Font	Jacobus Cama
Bernardus Matthei	Petrus Comabella
Andreas de Vallariis	Bernardus de Vallibus

Et plures alii suspecti quorum nomina non occurunt.

**LVI.** Quod electio de juratis qui nunc sunt fuit facta indebite et contra modum observatum in electionibus preteriti temporis, quod fuit universitati molestum, et est fama quod modus predictus fuit factus tractatu dicti olim gubernatoris et aliorum sibi familiarium de quibus aliqui superius nominantur, de qua electione universitas non fuit contentata et maxime devoti, imo de predictis fuit magnum murmur in civitate et insula.

**LVII.** Quod tractatu dicti olim gubernatoris Umbertus de Fonollaro et Bernardus de Fonte fuerunt electi in juratos, et est fama quod proinde impetravit litteras a regia majestate, quod fuit valde molestum habitatoribus hujus regni et precipue de dicto Umberto, tum quia tempore electionis erat absens a terra Majoricarum, tum quia contra bonos usus et franquesias regni fuit electus ante terminum elapsum a tempore quo idem officium tenuerat.

**LVIII.** Quod eo quia antiquitus tractatu dels Guillemets et eis coherentium et sequacium quolibet anno eligebantur jurati ad eorum votum, fuit terra posita in maximo periculo et

divisione *del popular*, et timentibus singularibus personis bonæ intentionis in hoc regno simile scandalum posse faciliter evenire et etiam fortius attento presenti tempore, fama fuit quod terra male regebatur, additis contentis in precedentibus capitulis.

LIX. Quod Poncius Guillelmi, Guillelmus Valentini, Franciscus de Portello, Johannes Sa Costa, Petrus de Monteson, Petrus Unis dominellus, Petrus de Fonte de Flandris, Andreas de Sancto Justo, et alii quamplures eorum sequaces, sese coadunarunt ad tractandum modum indebitum observatum in predicta electione ut possent, inde complacere gubernatori et ab eodem essent favorabiliter pertractati contra publicam utilitatem.

LX. Quod Poncius Guillelmi, en Descaus, n' Arbucias, Arnaldus Burgueti et Arnaldus de Sancta Cilia miles tempore quo dominus rex intravit civitatem Majoricarum et ante, tempore eorum regiminis, fecerunt plura denotantia in devotionem contra justitiam domini regis; nam fertur quod inclito Jacobo olim regi tradiderunt originalia instrumenta pactionum factarum inter predecessores domini regis et dicti olim regis et subjectos tunc utriusque, et etiam quod secrete prestiterunt sacramentum et homagium dicto olim regi, et promiserunt ei defendere hoc regnum Majoricarum jure vel injuria contra dominum regem, et etiam quod dictus Poncius Guillelmi flendo contra justitiam et veritatem pro indurando corda plebejorum, dicebat hec vel similia: «O senyors, quin desastre serà nostre que aytal força lexem sensa colp e sensa costada! per amor de Deu tingam nos uns quinze jorns,» quæ et plura verba dicebat ut post passum dampnum et periculi incursum ipsi plebeji quasi desperati et indurati fortius contra dominum regem et ejus justitiam debellarent. Quare predicti merito possunt suspecti dici, nec eorum quisquam debuit per olim gubernatorem amplecti.

LXI. Quod predicti jurati contra utilitatem imo in dampnum reipublice, quandam quantitatatem frumenti quam universitas habebat distribuunt ad rationem septem solidorum pro quarteria multo minus quam decostabat, ex quo mercatores noluerunt tunc apportare granum ad civitatem hanc cum multo plus de capitali eis decostaret, et exinde anno ipso fuit posita tota insula in maxima penuria bladi et victualium, in tantum quod non vendebatur bladum nisi flaqueriis: quare non debuisset

governator tales nec aliquos ex ipsis qui in tanto periculo terram posuerunt ita habere familiares.

LXII. Quod ex pluribus aliis causis reputantur in Majoricis suspecti prenominati seu major pars ipsorum quos olim gubernator in familiaritate maxima habuit et habet ab aliquo tempore citra.

LXIII. Quod predictus gubernator isto anno in mense aprilis fecit consilium plurium congregari in sala cæstri regii, in qua congregatione fuerunt domini episcopus Majoricarum, jurati qui nunc sunt, nobilis Bertrandus de Fonolleto, Arias Ferrandis, los Puigdorfilas, los Santaciliás, Geraldus de Adarrone, Franciscus de Fonte, Berengarius de Sancto Johanne, Gregorius Sallambé, Guillelmus Valentini, Franciscus de Portello, Johannes Sa Costa, Petrus et Jacobus Rubei, Petrus Rossinyolli, Petrus et Arnaldus Bertrandi, los Serras, Andreas de Sancto Justo, Bernardus de Mòraria, Arnaldus de Torrentibus, et aliqui canonici, aliqui jurisperiti, aliqui fratres predicatores, minores, et S. Marie de Carmelo, et aliqui notarii, et plures alii ultro trecentas personas, in quibus erant aliqui de parochiis forensibus vocati per ipsum gubernatorem.

LXIV. Quod in predicta congregatione nobilis Arnaldus dixit hæc vel similia: «Senyor bisbe e vosaltres senyors, jo us he assi ajustats per dirvos alscunas cosas, e es mellor que jo us ho diga que si per los cantons se deya ne en altra manera, las quals paraulas tocan a vosaltres e a mí e a tota la terra, e axí vull que assó sapiats tots axí com jo mateix; perque ohirets las letras que a mí son stadas tramesas per alscunas personas dignas de fe, e man a caescun que no 's mogu contra negú, cor si u feya jo 'l puniria tan fort que a tuyt seria exempli, e axí cascú hi pens de dir sos viarés. Aquestas son las paraulas que jo us vull dir, que vuyt dias ha que he reebudas letras de Barchelona en las quals me foren alscunas cosas notificadas, mes per aquellas no 'm moguí, e no ha tres jorns que mercaders de Perpinyá e altres e specialment lo senyor rey me escriví que paria que 's mogués de scriure o ordonar las cosas qui son ordenadas per aquellas cosas que a mí foren notificadas de Barchelona, cor lo senyor rey ha scrit a mí que doblás las guardas dels castells e que hi ses metre armas e vitualas, e axí ho he fet, e com alscuns parlan d' assó e 's maravellan d' aquesta novitat, vull

vos dir la rahó perque lo senyor rey fo mogut de fer aquestas cosas. Sapiats que un religiós no ha molt partent d' aquesta illa fo a Barchelona e dix als consellers de Barchelona e en molts altres lochs tres cosas: la primera que en aquesta ciutat es gran divisio e discordia major que nul temps no fo; la altra que jo he abrassats a mí aquells qui foren e son indevots al senyor rey e tots los affers tracte e fas ab consell d' aquells e en tant los m' he acostats que no 'ls me poria lunyar cor saben los secrets meus, e aquells qui foren e son devots del senyor rey he lunyats de mí e de mos consells, e que los officials son tots aytals so es que son indevots; l' altra es que tan fort es la terra en mal estament que si l' alt en Jacme venia ab una galea que encontinent hauria tota la terra. Axí que vejats si assó porta gran carrech e gran feix a vosaltres e a mí, cor per cert si açó era ver jo hauria a esser primerament ab tota ma companyia traydor e puys los jurats e tota la terra, cor jo ab ma companyia me obligaria el cap a perdre que deffendria a una Galea que no pendria terra; puxes vos dich que jo no sé vila en Cathalunya qui mes estiga en pau e que menys morts o nafras s' hi fassan que assí. Dels indevots que dieu que jo m' he acostats e dels officials jo no n' hich sé negú aytal, cor tots vosaltres e quants n' ha en la terra tench per axí bons e devots e leyals del senyor rey com n' haja altres, ne jo no he gitat negú de mon consell, ne hich son fallits sino per lurs necessitats, e los officials tots se elegiren ab consell den Pere e den Jacme Roig e den Guillem Miquel. Perque 'm parria que en assó degués hom pendre algun consell e que sen fes afronta devant lo senyor rey; cor jo ne scriuré, si u tenits per bo, a mon fill qui es en Cathalunya que ab alscuns nobles sen vaja al senyor rey escusar aquesta cosa e per fermar si mester hi será aquí mateix batallas; e axí vosaltres, senyors, vejats que hi devets fer a porgar tan gran infamia, ohirets las letras e manejar n' hets entre vosaltres. «Et plura alia dixit, quibus dictis fecit vocari Petrum de Colle scriptorem qui portavit aliquas litteras in manu, cui fuit dictum per olim gubernatorem quod in presencia omnium dictas litteras legeret, quod ipse Petrus fecit, dicendo dictus olim gubernator «que aquellas letras li venian de tals personas qui no li scriurian sino veritat, perque ell hi donava aytant gran fe com al evangeli.» Tenores enim dictarum litterarum tales sunt in effectu quales

subsequuntur: «Fas vos a saber, senyor, que »un frare preycador de Barchelona m' ha dit »en gran secret que frare Bartomeu Ferrar »preycador hic es estat e ha dit als consellers »de Barchelona que la illa de Mallorques null »temps no fo en tan mal estament com ara es, »e assó per rahó de gran divisio e discordia qui »era en Mallorques entre alscuns dels majors, »dels mitjans e dels menors, per so cor aquells »qui en aquest any eran estats fets officials e »regidors de la terra eran estats una anima e »un cors ab l' alt en Jacme, e eran estats rebels »al dit senyor rey e neguna vegada no li havian »mostrat bon voler, ans de la justicia del senyor, »rey s' eran molt mostrats trists e parcials, e »que aquells aytals eran en los vostres consells »e ordinació de la ciutat e del regne, e que »d' assó merits vos mal qui axí lo us havets »arrossats e acostats aquells qui eran rebelles »e de casa del dit alt en Jacme, e 'ls havets »fets de consell vostre e de la terra e que han »sabuts tots los vostres secrets e de la terra, e »que havets lunyats tots los feels e devots del »senyor rey e aquells separats de vos e dels »vostres consells, en axí que en los vostres con- »sells e de la terra alcú d' aquells devots e qui »han mostrat bon voler al senyor rey per la »justicia no havets ne appellats en los uostres »consells e secrets de la terra, ans de tot en tot »an aquells mostrats mala cara e fets aparés »que vos alçats d' ells, de la qual cosa los in- »devots han gran goig e pagament, e per aquesta »rahó tota la terra está suslevada, havent d' assó »molt mal exempli e sospita, perque l' estament »de la terra es vuy en tan gran perill, que si »l' alt en Jacme de Mallorques venia a Mallorca »ab una galea que la terra li seria liurada e que »la cobraria e que 'n seria senyor axí com hanc »fo, e que aquestas paraulas lo dit frare havia »sembradas per tota Barchelona e als conse- »llers, e que après Pascha sen iria a Perpinyá »al senyor rey per informar ell e lo seu consell »de todas las ditas cosas, e ha prenat lo consell »de Barchelona que 'n scrisca al senyor rey e al »seu consell. En après, senyor, a pochs dias »seguints vengren lo prior provincial e frare »Pere des Molins de Mallorques a Barchelona e »confermaren totas las ditas paraulas, per la »forma que 'l dit frare Ferrar las havia compta- »das, e axí matex s' hic es dit per diversas per- »sonas qui 'n venen e s' hic es escrit per als- »cuns qui aquí están, perque n' ha gran mur- »murament en Barchelona. Per que, senyor, jo 'm

»pens e vostres amichs que l' senyor rey passará  
»aquí o sino que hi trametrá alguna persona  
»per fer alsunhas novitats, majorment, senyor,  
»com lo consell del senyor rey no es en aquell  
»estament que solia esser; perque us prech que  
»vos provehescats á las ditas cosas, las quals jo  
»ne 'ls amichs vostres no podem creure que axí  
»sia com s' es dit, com vos siats molt savi e  
»discret e molt avist si donchs no erats trahit  
»per mal consells. Perque, senyor, guardats vos  
»qui us acostarets, ne en qui us fiarets, e fets  
»per guisa que us acostets tots cells qui son  
»estats feels e dévots al senyor rey e á la sua  
»justicia.»

Et in aliis litteris continebatur idem, addito quod ille qui dictas litteras mittebat notificabat sibi quod ipse et alii ejus amici rogaverant consiliarios Barchinonæ quod non escriberent de predictis domino regi, quod obtainere non potuerant, et alia continebantur que non occurrunt.

LXV. Quod ex congregatione predicta fuit maximum murmur in civitate, et est communis opinio quod fuit valde male facta et valde suscitans populum ad divisionem seu sedicionem.

LXVI. Quod cum in consistorio gubernatoris facta esset relatio ad partem de aliquibus inquisitionibus factis per Petrum Plancha et Bartolomeum Martini mandato dicti gubernatoris contra Paulinum Brondo, Michaelem Rotlandi, Bernardum de Enveig et ejus fratrem, Bartolinum de Valleriis et aliquos alios, videlicet quod fecerant iidem congregationem de nocte cum armis in hospitio dicti Paulini, et etiam quia perscrutando unde processerat verbum *Bretons* fuerat inquisitum contra Poncium de Cereto, Luquinum Cirera, Nicholaum Botar et Jacobum Nigri, et inter alia in relatione predicta fuisset tactum quod aliqua nova odiosa fuerant inter dictum Paulinum et Poncium de Cereto pro eo quod dictus Paulinus dicebat quod sibi placeret quod dominus rex restitueret terram olim regi et quod nullus poterat sibi auferre velle suum, et in ipso consilio in quo de predictis verbis fuit facta relatio loqueretur per aliquos, dixit assessor Arnaldus de Torrentibus quod nullam punitionem merebantur memorata verba dicendo quod non erat mirum si boni homines terre qui ab olim rege beneficia receperant habebant adhuc ad ipsum olim regem affectionem, allegando quod cogitationis penam nemo meretur.

LXVII. Quod verba ista dicta per asses-

sorem fuerunt reputata per aliquos ibidem existentes pro male dictis et contra veritatem juris.

LXVIII. Quod ex causis inquisitionum predictarum dictus olim gubernator fecit venire ad castrum regium memoratos Paulinum Brondo, Bernardum de Enueig et ejus fratrem atque Bartolinum de Vallariis et aliquos alios, et Poncium de Cereto, Luquinum Cirera, Nicholaum Botar et Jacobum Nigri, et in presentia plurium personarum dixit plura verba et inter alia hec vel similia: «¿E que 'n ha a fer negú si 'l senyor rey vol retre la terra al rey qui fo? cor fer ho pot si 's vol que nengú no lo hi pot vedar; e axi lexats ho estar que ells sen avenirán,» de quibus verbis multum fuit murmur inter presentes.

LXIX. Quod plures dictus olim gubernator dixit hec vel similia: «no s' es maravella si 'ls bons homens de la ciutat qui han rehebut benifet del rey qui fo si 'l tenen en lur cor, cor si 'm faria jo l' infant en Pere si 'l rey li havia tolto tot quant ha.»

LXX. Quod cum teneretur consilium per juratos de aliquibus, in quo pro proceribus debebat tractari utrum fieret ambaxiata nec ne, dictus olim gubernator absque requisitione juratorum missit ad domum jurariae Geraldum de Adarrone, en Labiá, Gregorium Sallambé, Jacobum de Sancta Cilia, et Andream de Vallariis, qui dixerunt juratis quod gubernator ipsos ibi misserat, et intrarunt et fuerunt in consilio, et hoc fuit valde molestum existentibus in ipso.

LXXI. Quod jurati fecerunt congregari consilium generale tam civium quam forensium, in quo fuit definitum quod olim gubernator et ejus assessor aliqua contra franquesias faciebant, et proinde concordatum quod fieret ambaxiata ad dominum regem et quod irent decem probi viri qui fuerunt nominati, et quod non haberent a communitate vestes nec aliquid pro vestibus, sed de suo proprio si vellent se induerent, et in dicto consilio fuerunt plures probi viri et devoti domini regis; quæ electio fama est quod fuit revocata tractatu dicti olim gubernatoris et ejus assessoris, et ad ipsam ambaxiatam fuerunt postea electi in favorem ipsorum Bernardus de Fonte et Umbertus de Fonollaro, et ejecti de consilio juratorum plures et diversi graves et notabiles amatores justitiae regiae, quorum nomina seu aliquorum eorum prout occurrunt sunt hæc:

Jacobus de Canyellis	Bernardus Vives
Antonius de Monteleone	Berengarius Sa Vila
Franciscus Botar	Bernardus Ferrioli
Nicholaus Botar	Nicholaus Sanglada
Raymundus Martini	Guillemus Mironi
Berengarius Selma	Antonius Sa Liurada
Marchus de Sancta Cruce	Petrus Raimundi Fon- tanes
Petrus Net	Raimundus Pelliceri
Petrus Rossinyol	Petrus Gili
Bartolomeus des Brull	Berengarius S' Oltzina
Paschalis Sanglada	et alii quorum nomina non occurunt.

LXXII. Quod ex proxime dictis fuit maximum murmur in tota insula et civitate Majoricarum.

LXXIII. Quod occasione quarumdam litterarum, quibus dominus rex, sciens quod inclitus Jacobus olim rex existendo in Badalona fabricari fecerat falsa sigilla, precebat eis quod per modum falsarum litterarum pro parte dicti olim regis non fieret aliquod scandalum, cum ex-governator publicasset eas juratis anni preteriti presentibus dicto ejus assessore et aliquibus aliis, predictus assessor respondit per hec vel similia verba: «E com? si lo rey qui fo venia ab letras del senyor rey qui a nos pareguessen veras que 'l governador li liurás la terra, no la li liuraríam? Certes si faríam, que axí es de dret.» Quae verba fuerunt valde molesta, et etiam fuit sibi per aliquos contradictum quod dominus rex per se solum talia facere non potest.

LXXIV. Quod plures ambaxate fuerunt facte ad dominum regem per universitatem Majoricarum quia franquesie per gubernatorem secundum communem opinionem ledebantur, quod fiebat ut dictus gubernator commendaretur et laudaretur, nam quales volebat et voluit tales electi fuerunt per juratos modis dampniosis reipublicæ exquisitis.

LXXV. Quod cum loqueretur quadam vice de custodia civitatis, propter quam boni et devoti homines hujus civitatis vexabantur, dicente aliquo quod melius esset quod expellerentur de civitate omnes persone suspecte, tunc fuit quasi irate responsum per Umbertum de Fonollario, Guillelmum Valentini et Franciscum de Portello et etiam per dictum olim gubernatorem eis associando quod «no'n hic sabem negun sospitos, empero que ho digués aquell devant tuyt» et quod nominaret personas suspectas,

quod facere noluit ille qui predicta dixerat, sed ad partem nominavit aliquos gubernatori, dando aliqua judicia que certa erant eidem.

LXXVI. Quod predictus gubernator liberavit a capcione Petrum Mulinierii, qui pro vulneribus condemnatus fuerat ad amputationem manus, et fuerat jam concordatum quod fieret exequatio cum consilio juris peritorum nemine discrepante, ob hoc tamen quod fuerunt emptæ vulnerato aliquæ queriæ frumenti censuales, nichil tamen habuit fiscus.

LXXVII. Quod noluit ipse olim gubernator obedire quandam cartam regiam per quam provisum fuit de officio procurationis fiscaliae Simoni Carrarie notario, imo habuit habere iussionem secundam dicendo quod volebat respicere honorem suum, et voluit quod dictum officium regeret Bernardus Stanyolli qui tempore incliti Jacobi olim regis regebat dictum officium et fuit semper de amicitia et familiaritate indevotorum, et ipse similiter secundum communem opinionem suspectus.

LXXVIII. Quod de pluribus quintis et juribus jam fisco quesitis fecit remissiones predictus gubernator contra capitulum in regia ordinatione expressum, et inter alia evenit quod petente procuratore fisci Franciscum Cocho condemnari ratione quinti in quem inciderat in CLX libris et etiam in pena CCC librarum, voluit olim gubernator ad preces aliquorum cognoscere an teneretur in ipso quinto nec ne, quamvis predictorum cognitio ad eum jure ordinario non spectaret; pro quibus pluries fuit habita collatio in consistorio ipsius inter fisci advocatum petentem ex una parte et dicti Francisci advocatum ex altera defendantem, presentibus olim assessore et aliis pluribus peritis in jure, quorum majors pars et etiam doctorum ibi vocatorum declaravit tandem quod integreriter tenebatur solvere quintum predictum, et hoc non obstante de tota quantitate fuit facta sibi remissio pro XXX fiorenis, et cum per exactorem jurium fiscalium dictum suisset gubernatori quod juxta capitulum non poterat facere de quintis remisionem, facta fuit exactori quedam littera quam dictavit dictus assessor contra verum ut remissio predicta teneret et factum gubernatoris et suum excusaretur.

LXXIX. Quod, ut plenius apparent fundamenta majoris et sanioris partis peritorum in dicto negotio, procurator fisci petiit a Francisco Cocho libras ratione quinti in quem pretendebat ipsum incidisse pro eo quia firmaverat

jus de aliquibus pecunie quantitatibus pro quibus fuit conventus per Bernardum Aguals procuratorem Jacobi Romei.

LXXX. Quod plures fuit habita collatio coram olim gubernatore et ejus assessore, presentibus etiam doctoribus et peritis in jure ex causa dicti contrastus vocatis.

LXXXI. Quod per dictos doctores et maiorem partem peritorum fuit determinatum quod dictus Franciscus Cocho tenebatur sole vore quintum, non obstantibus allegatis per ipsius advacatum.

LXXXII. Quod dicta quantitas ratione quinti petita remissa fuit non vocato fisco vel ejus procuratore per gubernatorem de consilio sui assessoris pro XXX florenis auri, licet dictum eis foret quod dicta remissio fieri non poterat per talem modum quoniam capitulum regium obstabat.

LXXXIII. Quod postquam fuit dictum id prenominatis videlicet quod fieri non poterat talis remissio, fuit missa et dictata littera per dictos gubernatorem et assessorem seu alterum ipsorum dicto exactori, in qua facti veritas occultatur.

LXXXIV. Quod ratione dicti contrastus est fama quod dictus assessor habuit plura servitia et dona sapientia munerum qualitatem a dicto Francisco Cocho.

LXXXV. Quod quædam empara facta ad instantiam procuratoris fisci de pluribus mercibus et nave dicti Francisci fuit absoluta non citato vel vocato eodem procuratore.

LXXXVI. Quod dictus olim gubernator ad preces Juliani de Planesio dedit aliquibus licentiam de abstrahenda pice de regno, quod spectat tantum ad dominum regem.

LXXXVII. Quod idem absoluit a carcere regio plures et diversos criminosos qui fortiter erant propter eorum delicta puniendi, nulla lata per ipsum vel alium contra dictos delatos sententia, sed tantum faciebat verbo mandatum quod abstraherentur a terra et si redirent quod suspenderentur, quæ quidem punitio eis de jure minime posset irrogari si forsitan redirent, cum mandatum fuerit factum sine causæ cognitione.

LXXXVIII. Quod idem gubernator liberare fecit a capcione Petrum Colelli caput excubiæ ipsumque omissit torquere et punire, non obstantibus quod esset convictus testibus et interlocutoriam habuissent quod pro sociis détegendas subponeretur questionibus et tor-

mentis; qui erat denunciatus quod quadam nocte, qua aliqui notarii Majoricarum faciendo festum capcionis de Perpiniano tripudiabant per civitatem, associatus dictus Colell aliquibus inde votis, qui de predicto festo et gaudio dolebant, irruit contra dictos notarios cum lanceis, telis et lapidibus, et injuriatus fuit ipsos atrociter rapiendo torticam, qua propter fuisse atrociter puniendus secundum civilia statuta, qua etiam nocte plures lampades fractæ fuerunt per tales.

LXXXIX. Quod dum olim gubernator rexit gubernationem plures accidit quod aliqui pro justitia postulanda supplicabant ipsi quod eos audiret, et si per aliquem erat contra talem informatus, nolebat illum aliqualiter audire preventus ex sola partis assertione, ex quo aliqui fuerunt molestati et expensis vexati.

XC. Quod predictus gubernator minatus fuit aliquibus bonis et devotis mercatoribus qui in tempore quo dominus rex venit ad has partes bene se habuerunt et tenuerunt pro justitia domini regis, ex eo quia dicebant in consilio juratorum ea quæ videbantur eis pro bono statu terræ, quæ non placebant gubernatori dicenti «que pel cap de Deu que los trauria los budells e las frexuras del ventre.»

XCI. Quod assessor plures scripturas fecit fieri scriptori suo Berengario Franqueti, quarum emolumenta auferebantur scribaniæ regiae, et exinde fuit in multo prejudicatum emolumentis ipsius scribaniæ.

XCII. Quod Bernardus de Moraria, habito litteratorie mandato a domino rege, quod receperit per Jacobum Rubei aliquibus litteris cambiorum receptorum per venerabilem et discretum Bernardum de Oltzinellis legum doctorem ipsiusque regis thesaurarium, solveret infra XXX dies ipsa cambia quæ ascendunt ad tria millia florenorum et amplius, et nullatenus deficeret in solutione eorum, quoniam dominus rex mercatoribus quibus dicta cambia exsolvi debabant sub fide regia promisserat et juraverat quod eis infra dictum tempus solverentur, permisit labi tempus XXX dierum, et nisi dictus Jacobus Rubei prorogationem temporis a dictis mercatoribus secrete impetrasset, fides promissa totaliter interiisset, et de hoc extant protestationes. Habuit etiam solvere Jacobus predictus de suo proprio aliquam pecunie quantitatem in defectu dicti Bernardi de Moraria ut promissio regia ex cambio supradicto non patetur detrimentum; et hoc fuit valde male factum

attentis promissionibus regiis et juramento, et ad predicta tenuit manus dictus olim assessor qui plures responsiones dictavit pro dicto Bernardo, quod facere non debuisset quia mandata regis proinde impediebantur.

XCIII. Quod dictus Bernardus de Moraria, requisitus per juratos de Sisneu quod minueretur quarteria dicti loci et adequaretur mensuræ civitatis, ipsam minui fecit et adequare, qui actus ad solum principem spectabat, quod nunquam potuit ab olim rege obtineri ex eo quia fit inde prejudicium recipientibus pensum in Sisneu ad mensuram quarteriae lapideæ ipsius loci cum ista sit major quam quarteria civitatis.

XCIV. Quod prefatus Bernardus existens in dicto loco de Sisneu, ubi erat bannum de mandato gubernatoris impositum quod nullus ausus esset ludere ad certos ludos de graesca et alias sub certa pena, fecit publice preconizare quod quamdiu ipse esset in Sisneu quicumque posset ludere ad omnes ludos prohibitos, per hunc modum: «Are ojats que us fa a saber l' onrat en Bernat Sa Morera procurador reyal &c.»

XCV. Quod dictus Bernardus de Moraria talia facere non poterat nec ad ejus officium spectabant.

XCVI. Quod cum Bertrandus Rubei ejus comprocurator regius pro expeditione aliquarum personarum quæ facturæ erant cum ipsis procuratoribus diceret et mandaret aliquid fieri quod secundum justitiam debebat ita fieri et expediri, dixit pluries prefatus Bernardus de Moraria: «no vull jo que axó 's fassa e per cert no 's fará axí,» dicendo notariis qui ibi erant quod inde facerent ei instrumenta protestationis, et per dictum modum et alias plures et diversos impedivit contra justitiam et equitatem in iis quæ erant cum dictis procuratoribus facturi.

XCVII. Quod dictus Bernardus in dampnum evidens patrimonii domini regis expulit de officio carcellariæ loci de Sisneu Bartholomeum Manresa qui offerebat ob ipsum officium se daturum certam pecuniaë summam et erat secundum communem opinionem magis sufficiens ad regendum illum, quam ille qui per dictum Bernardum ad preces aliquorum fuit positus absque aliquo emolumento quod teneatur proinde prestare domino regi.

XCVIII. Quod nobilis Arnaldus de Erillo modis et calliditatibus exquisitis attemptavit

